

Der Churer Bischof Paul Ziegler bestätigt dem Martin Seger, Stadtvogt in Maienfeld, das diesem von Graf Rudolf von Sulz verliehene Kollatur- und Präsentationsrecht für die Frühmess-Kaplanei in der Pfarrkirche St. Amandus in Maienfeld.

Or. (A), StadtA Maienfeld 113. – Pg. 39/29,6 (Plica 5) cm. – 1 Siegel (oval) abh. – Auf der Plica: Lucius Marcus Munghofer notarius subscripsit.

Erwähnt: RQ Graubünden II/2, 2. Halbbd., 436.

Zum Datum: Die Monatsangabe mensis marcii kann nicht stimmen, denn die bischöfliche Bestätigung des von Graf Rudolf von Sulz an Martin Seger verliehenen Kollatur- und Präsentationsrechts beruft sich auf die betreffende Urkunde vom 27. März 1509 und bemerkt, dass diese der vorliegenden Urkunde beigeheftet ist. Möglicherweise liegt ein Verschied für mensis maii vor.

l¹ ꝛ Paulus^{a)} dei et ꝛ apostolice sedis gracia electus et confirmatus ecclesie Curiensis vniversis^{b)} et singulis presencium inspectoribus subscriptorum || l² noticiam cum salute in domino sempiterna ad perpetuam rei memoriam. Cum vniversorum nobis subiectorum iura ex iniuncto nobis officio || l³ roborare teneamur, pro illorum subsistencia firmiori oportet, que nos sollicitos esse et eorum petitiones maiori providencia exaudire, quociens peticio- || l⁴ nes nobis porriguntur a radice iusticie procedentes, ipsas facile admittere debemus, quia non debet dilacionibus aliquibus fatigari, qui iustum petit l⁵ pariter et honestum. Sane igitur pro parte validi viri Martini Säger² prefecti opidi Mayennfeldt³ nomine diocesis Curiensis nobis oblata peticio con- l⁶ tinebat, qualiter generosus dominus Rüdolffus comes de Sultz⁴ etc. sibi exponenti ob grata familiaritatis obsequia eidem Rüdolffo comiti l⁷ hactenus impensa et adhuc in futurum impendenda gratiam faciendo specialem collacionem et ius patronatus seu presentandi premissarie ec- l⁸ clesie parochialis sancti Amandi in Mayennfelt ad eundem dominum Rüdolffum comitem de Sultz ex successione hereditaria ge- l⁹ neroso quondam domini Sigismundi ex baronibus de Branndis⁵ devolutam et devolutum pure sponte libere expresse et simpliciter l¹⁰ melioribus modo et forma quibus potuerit et debuerit pro se et heredibus suis cesserit dederit donaverit tradiderit et resignaverit l¹¹ omneque ius sibi occasione premissorum competens in ipsum exponentem et suos heredes et successores masculini sexus transstulerit l¹² et transfuderit cum renunciacionibus solitis et consuetis prout et quemadmodum hec et alia in litteris cessionis et resignacionis pre- l¹³ sentibus affixis lacius dinoscuntur contineri, unde pro parte prefati Martini Sãgers nobis fuit humiliter supplicatum, ut cessione donacione l¹⁴ et resignacione huiusmodi pro illorum subsistencia firmiori robor nostre confirmacionis aducere dignaremur. Nos itaque Paulus electus l¹⁵ prefatus super premissis narratis informacionem recepimus sufficientem, per quam utique invenimus omnia et singula in litteris l¹⁶ cessionis et donacionis contenta fore veritati subiuxa. Idcirco supplicacione huiusmodi inclinati cessionem donacionem resignacionem l¹⁷ et translacionem predictas ac omnia et singula in litteris huiusmodi desuper confectis presentibus affixis contenta ratas et gratas rataque l¹⁸ et grata habentes eas et ea auctoritate nostra ordinaria confirmavimus ratificavimus et approbavimus ac confirmamus ra- l¹⁹ tificamus et approbamus presencium per tenorem. Robur firmum et firmitatem canonicam perpetuis futuris temporibus l²⁰

decernentes habituras et habitura volentes et decernentes, que quodcumque vacacio premissarie pretacte processum vel decessum ^l²¹ seu quorumvis modorum occurrerit, ipse Martinus et heredes sui prenominati eandem premissariam persone eis grate ^l²² et accepte iuxta tenorem litterarum dotacionis conferre eamque ordinario loci pro institutione presentare possint et debeant absque ^l²³ contradictione et impedimento quorumcumque. Et se ipsum Martinum absque liberis legitimis et naturalibus masculinis ^l²⁴ decedere et ab hac luce migrare contigerit, volumus que collacio et ius patronatus huiusmodi ad filiastrum ipsius Martini, videlicet ^l²⁵ Thomam, Johannem et Jacobum, perveniat et devolvatur prout ipse perveniri et devolvi voluit iussit et mandavit. ^l²⁶ Resignatga tamen sibi Martino Säger quo aduxerit plena libera et omnimoda potestate et facultate collacionem et ius patronatus huiusmodi sit, ut prefertur donatam et translatum donatos et translatos personis aliis quibuscumque donandi et concedendi ^l²⁸ prout sibi placuerit et visum fuerit expedire. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum ^l²⁹ presentes litteras inde fieri nostrique vicariatus sigilli iussimus et fecimus appensione comuniri. Datum Curie anno domini millesimo quingentesimo nono mensis marcii die septima indicione duodecima.

a) *Initiale P 13 cm lang.* – b) *Initiale V 2,5 cm hoch.*

¹ *Paul Ziegler, 1505-1541.* – ² *Martin Seger, 1501-1533 Stadtvogt von Maienfeld.* – ³ *Maienfeld, Gem. u. Kr. GR (CH).* – ⁴ *Rudolf V. v. Sulz am Neckar (nö. Oberndorf BW, D), ca. 1478-†1535.* – ⁵ *Sigmund II. v. Brandis, 1486-1507.*